

## Folium XCIX

99

**E**ya mater nos agnosce. vite libro nos deposce cū electis in  
 feri. **U**t sortes tue sortis ⁊ a penis ⁊ a portis eruamur inferi  
**N**ec autor dirigit petitionē ad sanctā elizabet dicens (Eya mater) id ē o  
 sancta elizabet (tu agnosce) id est co gnosce (nos) scz hoies. ⁊ (deposce). i.  
 impetra (nos inferi). i. inscribi (libro vite). i. in regno celoz (cum electis)  
 id est cum sanctis tuis (vt) id est q̄ s̄ sumus (sortes) id ē p̄cipēs (tue  
 sortis). i. eterne beatitudinis (et eruamur) id est liberemur (a penis) id est  
 a supplicijs (et a portis). i. ab introitibus (inferi) id est inferni

**N**otādū p̄mo. liber vite nō est aliud q̄ liber p̄destinatorz ad vitā eter  
 nam. **U**nde q̄ p̄destinatus fuerit ad salutem d̄ scriptus in libro vite. ⁊  
 ergo de reprobis d̄ ps. Deleātur de libro viuētium ⁊ cū iustis non scri  
 bantur. **I**ste est liber q̄ erat signatus septē sigillis quē non fuit dign⁹ ape  
 rire nisi agnus dei q̄ occisus est in ligno sancte crucis ⁊ p̄terea numerus  
 electoz recolligitur ibidem vñ Apoca. ⁊ ex qualiter duo decim tribuum  
 duo decim milia signati. ⁊ postea turba multa quā nemo dinumerare pos  
 terat. q̄ signata est signaculo dei viui. **E**t sic petit autor vt et nos eidē nu  
 mero signato connumeremur post hanc vitam in eterna patria. **S**ecūdo  
 nota. ad p̄mēdationē elizabet legir q̄ post obitū viri sui ipsa de bonis su  
 is hospitale p̄struxit. vbi oēs infirmos paupes ⁊ debiles collegit. apud  
 quos se tam tenuiolam ⁊ deuotam exhibuit q̄ iam nō regina sed mater  
 pauperz dicebatur. **T**andē beata elizabet p̄pendens magis acceptū esse  
 deo expendere per seip̄am sua bona. tunc amplius propria manu pauperū  
 bus. infirmis ⁊ leprosis necessaria ministravit. debiles curauit. vulnera  
 purgavit. claudos ad secessum portauit. **U**nde contrigit quodā tempore  
 vt quidā infirmus pisciculos postularer. beata elizabet interrogauit an  
 cillam. vtz quosdam pisciculos conseruasset. que dixit se non habere. **S**  
 beata elizabet infirmo multum compatiens rogauit deū vt infirmo pisci  
 culos ordinaret. mittens ancillam haurire aquam de fonte. que dū aquā  
 extraxisset peluim plenam piscibus portauit. beata elizabet hoc miracu  
 lo viso gratias deo referebat. **S**ed cū diuine placuit pietati q̄ famule sue  
 vellet remunerare labores misit angelum ad eam qui dixit ei vt exequijs  
 as prepararet. quia ad christum esset transitura. que more solito exequias  
 preparauit. ⁊ pluribus hominibus deuotis presentibus feliciter valedi  
 xit. in cuius transitu odor suauissimus totam domū repleuit. ⁊ dominus  
 iēsus totum mundum diuersis miraculis meritis beate elizabet p̄lustra  
 uit. que in ciuitate sua propria markburg in ecclesia parochiali in pace est  
 sepulta. **P**ro terminis nota. q̄ agnosco est verbum transituum tercie  
 coniugationis compositum ab an ⁊ nosco. murando n in g. **S**ed inferi ē  
 infinitiuus passiuus huius verbi inferoz. **S**ed hoc nomē inferus aliquā  
 do est substantiuum heteroclitum in genere tantum. quia in singulari nu  
 mero est generis masculini. ⁊ in plurali numero est generis neutri et sem  
 per secunde declinationis.

**I** Ancillime virginis votiuu festa recolamus

**V**enerantes banc diem preclarū omnes cōcinamus